

אלְהוּ בָּךְ בַּתְחִתִּי
אֶל אֲכֹשׁוֹן

DISCURSUM PHILOLOGICUM

De

PRESBYTERIIS

Veterum

JUDÆORUM,

Occasione verborum *Act. 21. v. 18.* occurrentium
Levitè adumbratum;

Altissimi Numinis Favore suffragiisq; Amplissi-
mi Senatus Academic; in celebri Finnorum

Prytaneo,

Sub

Umbone

Magnifici h.t. Academiæ RECTORIS

DOMINI

Mag. DAVIDIS *SCHRE*/


Lingg: Orientalium Profess: Celeberrimi,
Domini atq; Præceptoris sui submissa veneratione
æternūm colendi;

Eā quā par est modestiā, Doctorum censure
exhibere constituit

CHRISTIANUS


PROCOPÆUS, c.f.

Addiem 20. Decembris Anni 1693. tempore
locoque consuetis.



In elegantem
De
P R E S B Y T E R I I S
HEBRAEORUM
D I S P U T A T I O N E M
Elegantissimi Juvenis.

D. CHRISTIANI PROCOPOEI
Amici nostri dilecti,



Vid nostræ poscis de
Te suffragia vocis;

Hæc Procopœe, tibi
pulcrius ipse dabis.

Sunt nivei mores, animæ simula-
cra venustæ:

Doctrinæ meritum Presbyter
hicce probat.

*Festinato valde calamo
ludebat*
T. RUDEEN
Poës. Prof. Ord.

Ad
præstantem ingenio & Eruditione;
Juvenem Dominum,
CHRISTIANUM
PROCOPIÆUM,
Amicum singulatim dilectum.



*Uli Galli Cybeles fuerint, Saliiq; Gra-
divi,
Nosse voluptas est & didicisse luerū.
Quidq; in Eleusinis vel Mystæ præstet
Epopta.*

*Punctim novisse est, crede mibi, peropus.
Scilicet! hic spissus cui stat per tempora fumus,
Et Stygius volitat circa vapor cerebrum,
Stulte se cruciat: dum quæ genitura Deorum
Æther ne an cœlus, quisve Jovem genuit:
Cumq; idem cœlus, spumante ex corpore cæso
Progenuit Venerem, computat & reputat:
Sitne soror dicenda Jovis num filia Cypris
Tanti cum sat sit gnata venire patris.
Eluitur quando mente hæc tibi nænia More?
Veri ut quæ discas sancta Dei soboles.
Gratulor at mentem Procopæ tibi meliorem
Quam acrem, sed multis, hoc meletema
probat.*

Dedit festiné

CHRISTIERN AT ANDES

Ad Auctorem Dissertationis

De

P R E S B Y T E R I I S

Veterum

H E B R A E O R U M ,

Doctissimum

D n . C H R I S T I A N U M

P R O C O P A E U M , c . F .

Gratulatio.

F Los juvenum O , nostræ quem credidit Holmia gleba
Nutriit & riguis Loima recurvus agris
Quem nunc mellifluis bivius beat Æora limphis ,
Ac fingit propria clara Minerva manu :
Eximiae heu quondam ! patriæ virtutis imago :
Optarent Musæ quem genuisse solo ;
Forte tui , pariterque sui , patrisque senisque ,
Loimia conqueritur tam cita fata , necem :
Fortunæque , dolet dispendia tanta , renitens ,
Et gemit : O Senior , terque quaterque , vale !
Ecce Senum rursus . subit am turbamque tribumque ,
Evocat è tumulis pagina docta tibi .
Quosve diu tenebræ , quos nox , quos longa caligo
Merserat ante diem te relevante vident .
Quin ut tergemina , mala prævia , lance repenses :
Ordine tergemino , vis remeare Senes .
Scena vale . Nunc ordo virûm , queis vultus & ora
Majestate nitent , curia sancta cluet .
In qua non triferus Pluto , nec livida Juno ,
Aut adlecta stygis gens in amena domo :

Sed pietas, sed amor veri, sed fas & honestum

Præsidet & summa celsior æde Themis.

Non Orpheus erit Lyricen mage vatibus ullus,

Fabula: tu factio hoc id Procopæ probas

Quodsi Presbyteris supera sic sede vocatis,

Possis & Astræam restituisse solo.

Auguror haud indignatibi fors debuit ætas

Nostra, cui rursum Sécla beata forent.

At tibi quis tantum juvenum doctissime, juris

Præbuit in divos! quis novus auctor erat

Ducendi Elysio, criticos patresve senesve

Sedibus æthereis non redeunte Dea?

Quam fors non poternut, tua flectere vota precesve,

Poneret ut terris tædia longa poli.

Ergo triplex condis, sine Præside sicne tribunal.

Causa omni arbitrio, stante cadente tuo?

Quicquid id est, Numen video, nec sim levis anguis,

Præsidet altisonis clarus Apollo Viris.

Neve quis invideat, dico, idem fulva Lycae

Abodici dudum Sceptra tuctur ovans.

Salva vides res est, inquis, grassamur ad arcem,

Nominis hoc factio. Sit tibi lata salus

Ista! Sed ut possis facinus defendere tantum,

Ter felix, Cathedram scande, recede, vale!

Quam, in procinctu ad iter, ultro,
ut debuit, obtulit

JOH: RUNGJUS

Min, Ev. & Lect. Sch.

ELEGANTER DOCTO ET MORATO

Juveni

D. CHRISTIANO PROCOPIAEO

Amico suo.

Dum Laudabilem ederet

De

PRESBYTERIIS
JUDÆORUM

Dissertationem.

ELIAS JULIUS VULTEJUS

JOH. F,



Nte oculos nostros duim
conversatio dulcis
Et tua, quæ prodis, do-
gmata docta volant,
Hic fateor, parili necuntur fœ-
dere Pallas;
Et Candore suas gratia picta
genas.

Monſieur.



E qui est la Rose dans les jardins, est assurément la vertu dans nos actions. Car comme la Rose est la Reine des fleurs, l' honneur des jardins , un abregé de beauté et un des plus ravisans chef- d' œuvres de la Nature , l' œil ne pouvant rien voir de plus beau que sa taille & sa figure & rien de plus charmant que la varieté de ses couleurs : Ainsi de tout ce qu' on appelle beau & charmant dans nos actions , il n' y a rien qui merite ce titre - là si bien que la vertu. Je ne sçay que trop , combien de choses differentes s' insinuent dans nos E- sprits & se rendent souvent maîtres de nos inclina- tions , dont n' est la cause que la varieté , j' ose dire vanité de ceux qui prennent plaisir de se faire trom- per & se repaire des choses de neant ; Neantmoins quand il plait à la vertu tant soit peu se servir des forces de ses charmes tout ce qui semble être clair , devient obscur , & ce qui pretend quelque beauté , paroit tout aussitot laid & desagreable. De là vient que la vertu étant une fois sayly de nos cœurs & y ayant fait sa demeure elle seule nous rend véritable- ment beaux , agreeables & charmants. Que si vous voulez Monsieur , que j' eprouve encore davantage

ce que j' ay avancé, vous n'avez qu' à vous regarder
vous même. j' ose dire que tout le monde vous aime,
& que les scavants font estime de vous, de votre
conduite & de votre erudition, principalement
à cause que tout est fondé sur la vertu. Et comme
j' ay appris que vous êtes sur le point de donner au
jour une epreuve de l' heureux progrés que vous avez
fait dans vos louables études, je n' ay pu m'
empêcher de vous feliciter un bonheur si avantageux,
souhaitant du fond de mon ame que toutes vos
entreprises réussissent non seulement à votre contentement
particulier, mais aussi au bien & à l' avantage
du public. Adieu je suis

Monsieur,

Votre tresobeissante valet

LAURENT TAMMELIN,

Pereximio & literarum cultura;
Ornatissime,
Domino

CHRISTIANO CHRIST: PROCOPOEO,

Cōceptum qui Christo, medium, finemque
sacravit,
Is Finem medium, principiumq; tenet.
Hoc PROCOPOEE sacris studiis addicte probasti;
A Christo siquidem nomen & omen babes.
Hinc pandis veterum mores ipso auspice Christo;
Abramidis quisnam jura vetusta dedit.
Id scripto monstrans, & quod defendis acutē;
Hinc potis es Momo verba superba dare.

Subitā crenā, animo tamen longe
promptiori, transmissum.

2

GUSTAVO SALONIO.

זהו הושר לפני
ורקע

Psalm. 5. v. 9.

Alme Pater celsi summus Moderator Olympi,
Aspira votis prospera fata meis!
His adfis queso stirps edita Virginis alvo
Factis, ut referam Carmina grata tibi!
Supplex Te veneror Divini fervor amoris,
Ut mibi de cælis mittere dona velis!

CAPUT PRIMUM

Eliq. I.

Ulm Präceptoribus meis bene de
me meritis, exercitium aliquod
Academicum, de Presbyteriis
Veterum Judæorum ob oculos
sistere constitui, tantæque gravitatis onus
ue tenellis meis applicarem humeris, tacita
mente perpendi, dictum illud subtilissimæ
Sealigeri, eruditio quondam ore qui profatus
est, mihi occurrebat: *Nos in luce rerum te-
nui caligamus, in mediocri cæsusimus, in*

majori cœci sumus, in maxima insanimus,
 id ipsum haud minimum tremoris pectoris
 mei incutiebat imis, eo quod facile quo-
 vis possit in illam sententiam inducere,
 impossibile esse mihi hac ætate, de tantis ac
 tam arduis rebus recte judicare, cum plane
 Divinæ existant & ex Sacro Codice, licet
 philologice, erui debeant ac illustrari. Ve-
 rum ut vera fatear, ab eo usque temporis
 spatio quo sacra invisere Musarum atria in-
 cepi, qualicunque præditus judicii facultate,
 animum certo aptare studiorum generi con-
 stitui. Cum autem ad hoc usq; temporis spa-
 tium, id nullo pacto, partim ob ætatis vitium,
 partim ob varia fortunæ adversæ tela, quæ
 mente pluribus proh dolor! mærorum
 nebulis confuderunt, effectui dare potis
 fueram, præsenti hac elaboratione, quæ ut
 puto, instituto meo conveniens est, hoc i-
 psum monstrare & efficere conatus sum. Ve-
 reor autem ne grave pondus meo impo-
 nam dorso, cum argumentum hoc de Presby-
 teriis, publici juris facere constitui. De
 ejus nobilitate dicturus, vocem represso,
 ingenii ex adverso debilitatem fateor, mo-
 dum quo memet hic expediam, fere igno-

rans. Difficilimum sane videtur ad omnium scribere posse beneplacitum, cunctisque materiam hancce summo nisu, sed oppositis sententiis, non raro tractantibus assensum præbere arduum est. Quicquid sit quod in medium proferam, in Clariss: recentiorum Auctorum dignitatem impingere haud patiar, cum illorum placita, ut rationi & veritati congrua, chartis injicienda plane persuadet animus. Quamvis in infinitis Doctorum viis, veritatis reperire portam, desperatum pene videatur opus, & ad id improbus requiratur labor. Jam autem pedem proprius ad institutum promovere necessum habeo, & ut μέθοδος, quæ cunctis literis lumen imo animam subministrat, eoq; observari me retur, hic etiam in medium proponatur, propositi recipitur ratio. Itaque hoc pacto discursus hujus telam Pertexere animus est, ut in primordio considerata vocis sive Inscriptiois naturâ, deinde res ipsas, quantum quidem infantile permittit ingenium, ad umbrem & patefaciam.

*Heic fatis ignotæ jam me committere sylva
Propositorum me adigit. Quo mihi fiat iter*

Fauſtū inter ſcopulos modo quod transmittere co
Per nemora & colles, Fata favete mihi! (gor,
Eliq: 2.

Ut ſtemus promiſſis ē re noſtra eſſe ar-
bitramur manum vocis hujus Βρεſtējſpīs
interpretationi adhibere, ſedulo perpen-
dendo quid ſibi natales präbeat. Voluerant
antiqui, quos posteritas æterna veneratur me-
moria, a πῦρ ignis & τοβίω extingvo τὸ πρέστης
deducere, quod in illis ſcilicet ſenibus (quam
ſignificationem etiam ſuſtinet uti intra bre-
ve patebit momentum) calor nativus ex-
tingvi ſoleat. Quibusdam videtur ὡδὶς
ἡ περιστῶς Βεβιωκέναι à diurna vita poſſe
deduci. Verum fruſtra ſe macerant, qui ſic
originem vocis proponunt, doctisque riſui
ſemet exponunt; nam verbalia à präterito.
paſſivo & medio deducuntur, licet quoad
ſenſum hic applicationem fieri poſſe, Schola
Doctorum patiatur. à τοβίω etiam ἡ πρέſτης
quomodo dducatur cum recentiore erudi-
torum turba plane ignoro. Nunc alia com-
modior inquirenda erit nobis ſemita, per
quam tutum aſſequi poſſumus portum, ne
planis rationibus ſeu dignitati gravifimo-
rum Auditorum abſque cauſa obſtreperere
vide-

videamur. Omnes autem derivationi vocis πρεσβείας nimirum à πρέσβει, infixis quasi adhærent oculis, quæ etiamnum in usu est apud Græcos, modo tamen diverso. Haud pauci existunt qui sub sensis significationem τὸ πρέσβειον veluti inter ceteros Eurip: "Ο πρέσβει δόμων τῶν δε πρεσβύτερον τῆς καρκίνης coēr cuerunt: A quibusdam Græcæ lingvæ Authoribus pro Principe vel Sacerdote accipiebatur, ut Hebræis כהנים 2. Sam. 8. v. 18. id est Ministri, διάκονοι οὐ πάντες βασιλέως Regi à latere adstantes, quibus par cum Senioribus exhibebatur honor, sumitur, test: Hesiod. Aliam adhuc in Aristotelicis scriptis obtinet significationem, ubi voce illa Aristoteles pro ave utitur, quæ alias Ἱερόχιλος sonat. Ultimo denique significat Legatum apud Isocratem, in Oratione ad Philipp: πρέσβεις πέμπειν πρὸς τὸν ἀμεταληθέατος consulantur etiam quæ sequentia habentur in Codice Isocratico. Atque ita facta enumeratione significationum (quantum licuit partim ob brevitatem temporis, partim etiam ob tandem quod a nimio excitaretur) quibus vox hæc πρέσβεις obsessa reperitur, intueri placet,

quod ad oculum patet à πρέσβετος dictū esse τὸ πρεσβυτερεῖον, quod hac vice discursui inscribere placuit. Variam etiam notant Lexiographi hujus vocis existere interpretationem. Fatur inter ceteros Scapula usui pari pro honore senectutis, verum nostro in significatu cætum denotat Ecclesiasticum, qui alias hoc nomine venit. *Luc.* 22. v. 66. i. *Tim.* 4. v. 14. *Mattb.* 16. v. 21. Plures quidem, quas adhuc obtinet significationes, hic numerare disvasit animus, cum illas sine difficultate in Lexicis reperiamus, nec nostrū sit consiliū præbere ansā discepationibus & litigiis, quæ suboriri possent. Scil. narrando quas omnes dant huic voci significaciones, contradictibus materiam exhibemus, in qua adversis suis rationibus contendere queant.

*Sic studiū primam fateor sermone polito
Haud certe ut decuit, sed tamen ut potui,
Auxilio invicti vasti Rectoris Olympi,
Intentis partem sistere luminibus,
Nunc vero incumbam tractare synonyma dicti,
Πρέσβυτος, ingenium si valet hocce meum.*

Eliq: 3.

*Cum in Thesi præcedenti partim studio,
par.*

partim etiam occasione Homonymiam vocis discutere annixus fui ; consultum arbitror memet considerationi Synonymias accingere, contemplando quantis vel divortiis a se invicem abeant, vel iterum consensu inter se convenient, diversarum opinio-
 num Synonyma, quæ Presbyterium exprimunt: Rectum nomen quo confessus hicce Ecclesiasticus insigniebatur à Viris θεοπνέυσοις,
 est Persbyterium, seniorum ordo , Senatus Ecclesiasticus, *Luc.* 22: v. 66. uti hodieque apud Nostrates efferuntur. Synonyma seu voces quæ eandem cum praecedenti habent significationem existunt sequentes, in Græcis
 (a) συνέδριον confessum proprie & judicium, item locum in quo illi conveniebant, denotans. *Act.* 6. v. ult. καὶ ἀλενίσαντες εἰς αὐτὸν ἄπαντες οἱ Κατεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ &c. Compositum hoc exstat à συν & ἔδρᾳ quod sessi-
 onem, sellam, sedem denotat, uti ex Actis Apost. patet. *Cap.* 23. v. 6. ἐκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ
 (6) γερεσίᾳ quod à γέρων senex originem du-
 cit, quam vocem quidam deducunt παρεῖ-
 ται εἰς γῆν ὥραν, quod senes præ curvitate ter-
 ram inspiciant , vel ἐπειδὴ τῆς τῆς γῆς ἐργα
 quod propinqui morti jam de sepultura.

solliciti sint, quidam autem à γέρες ob honorem qui Senectuti debetur. Verum hæc meras allusiones sapiunt inter Cæteros Lexiographos Scapula pag. 299. statuit γέρων ipsum esse primitivum, & γερεσίαν inter derivata existere, quæ sub significacionem Senatus à Plut: coarctatur; imo etiam à Luca Act s. v. 21, συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερεσίαν τῶν ἡῶν τὰς Ισραὴλ convocaverunt consilium & universum senatum Filiorum Israel: Utitur autem frequentissime Evang: Lucas prænominatis hisce vocibus πρεσβύτεροις nimisrum καὶ γερεσίας, pro συνέδριῳ, cum pari inter se passu ambulent & apud idoneos Doctores, sine interventu discriminis, occurvant; qua de re Seldenus suam quoque fassus est sententiam cum ait: Lucas tūm in Evangelio, tūm in Actis τὰ πρεσβύτεροις, voce pro συνέδριῳ magno usus est, adeoque γερεσία & πρεσβύτερον nunc pro Synedrio sive magno sive minore sumebantur. Vox Συνέδριον Hebreis elementis paucis immutatis, prout in plurimis facere eis mos est, γέρων dicitur græcaeque est originis, atque ejusdem significationis cum primitivâ voce, quomodo etiam exponitur

nitur Senatus' confessusque Doctorum qui
 jura Divina & humana populo promulgabant;
 Dicit Elias in Thisbi vocem סנהדרין esse
 pluralis numeri, sic in usu סנהדרן autem nu-
 spiam in singulari numero occurere. Qvan-
 do in contractu statu vox ista in usu est;
 abjicitur litera ה quæ dein סנהדרין sonat.
 Multi Rabbinorum, in indaganda ejus Ety-
 mologia, mirum in modum à recto aberra-
 runt veritatis tramite. Quidam enim (α)
 eam ortum suum ducere ex יְהֹוָה quod legem
 denotat idem cum תּוֹרָה, quæ data in mon-
 te Sinai & הַדָּרִין repentes, versantes, quia
 seniores מהדרין repetierint & explicuerint
 legem commentariis (γ) quidam narrant
 quasi סְנָהָדְרִים הַרְוָת פְנֵים בְּרִין quod odio
 habuerint acceptationem vultus seu persona-
 rum in judicio (γ) sunt qui dici autumant
 quasi שׁוֹנָאִים דְרוֹרֶכֶת munera odio habue-
 rint, sed fallit hos omnes sua spes. Est vox
 Græcæ originis, & propterea propria ejus si-
 gnificatio à Græcis est descenda, uti medo
 innotuit, quod affirmat Elias in Thisbi di-
 cendo: סנהדרין לשׂרֵן יְהֹוָה sanhedrin
 vocabulum plane græcum est. Utrum usur-
 petur singulariter genere fœminino, (cum

nonnulli id negent, uti mentionem in antecedentibus ejus rei feci) per Apocopam, dicitur סנהדרי pluraliter סנהדריות id Doctorum observationibus discutiendum relinquitus. Cessare autem Talmudistæ adhuc suis significationibus haud volunt, nominant n. adhuc Presbyterium ביהת דין הגראַל domum judicij magnam. Item בית דין סלעָא domum judicij 71, viii orum. Latini etiam hæc æquipollentibus nominibus designant & Synedrium hoc nominant consilium, senatum magnum & Judicium supremum &c. Hisce diutius & prolixius immorari cum non esse è re sentiam, ut ad ipsius rei indagationem properem, ordo exigit, in primis Presbyterium Majus suis cum requisitis examinaturus, quantum valent humeri & a tenui ingenio proficiisci potest:

*Zam fregi glaciem leviterque Synonyma aratro
Perstrinx ac dixi quid sibi cuncta velint.
Nunc vero injiciam chartis rubigine læsi
Ingenii suasu, mox monimenta manus
Tradentis ritus fuerint qui in sede Sanedrin;
Felicem cursum turba novena dato!*

CAPUT II.

Eliq: I.

Sic qualicunque modo absolutis iis quæ ad
 vocis natales evolvendos faciunt, nunc o-
 mnium quidem primo intueri placet pri-
 mordia, confessus hujus supremi Hierosoly-
 mitani, quando cœperit. Imprimis ampliori-
 bus cæteris prædicti ingenii opibus, ob o-
 culos sistunt, fuisse hoc tribunal eminentiâ,
 dignitate, famâque sui ævi temporibus in-
 cylatum, in hunc finem constitutum, ut ea quæ
 inferioris sortis iudicia haud quiverant in lis-
 tibus dirimere, hujus commissa examini, de-
 ciderentur, hujusque latæ sententiæ omnes
 acquiescere deberent. Verum quoque est
 quod nulla nisi magni ponderis acta hic
 tractabantur; quæ vero minoris erant con-
 ditionis, in minoribus dissolyebantur judi-
 ciorum confessibus. Hic vero varias fo-
 vent opiniones, Authores, quando initia
 supremi hujus Judicii, seu quo tempore
 cœperint, inquirunt. Etenim prout quisq; sen-
 tentiam hic aliquam, quæ sibi placet, exce-
 pit, ita illam rationibus munire, pro illa
 pugnare, eamque sequi sategit, unde cum
 nemo sua meletemata deserere nolit, magnis
 con-

contentionibus locum fieri quis nescit;
 Quidam Mosen agnoscere cupiunt Aucto-
 rem hujus senatus, suffulti hisce rationibus,
 quod in tribus Pentateuchi locis fiat, ut ipsi
 putant, mentio hujus Presbyterii, nempè Exod.
 18. v. 21. Num. II. v. 16. Deut. 17. v. 8. Sed quod
 pace illorum, dictum Sit, frustra. Ad pri-
 mum quod attinet dictum, Exod. 18. v. 21. seq.
 Tu autem prævideto ex toto hoc populo & cu-
 rato eligi viros strenuos, timentes Deum, vi-
 ros veraces, osores turpis lucri, quos consti-
 tuas supra eos, præfectos millenis, præfectos
 centenis, præfectos quinquagenis & centurio-
 nes. Ut judicent populum hunc in justitia
 omni tempore, sitque ut omnem rem que ma-
 gna sit, referant ad te, omnem vero rem que
 parva sit, judicent ipsi, sic alleva te onere, ut
 ferant tecum; nulla ratione stabiliri potest,
 seu firmis ostendi fuleris, hinc Presbyterium
 Magnum de quo quærimus institutum fuisse.
 Ante omnia enim evertimus, quod ri-
 tus hic prætermittatur ille, qui in Presbyterii
 eligendis membris observari solebat; nimi-
 sum χειροθεσία, nec verbo quidem tangitur;
 Presbyteris concessa erat potestas ferendi
 iudicia in rebus arduis ac majoris monenti
 nul-

nullumque hoc superius dabatur Presbyterium seu consilium in terendis judiciis, adeo ut sententiis quæ hinc proficisciabantur contenti omnino esse debuerint, imo in criminalibus pronunciare sententiam suam, fas eis erat Test. Qvenst: ciatte Maymonid: In iudicio quod ex Jethronis consilio formavit Moses, bæc se aliter habent. Non ipsam sumnumerat, cum ad Mosen facta sit provocatio; nec res gravissimas decidere poterant, eas namque ut vires suas excedentes Mosis censu-ræ submittere ipsis incubuit, ut omittatur nullius hic numeri fieri mentionem. Quomo-do dilui possit dictum secundum, nunc vi-debimus. Verba hæc sunt Num. II. v. 16. Di-xit ergo Iehova Moysi congrega mihi 70. viros à Senioribus Israelis, quos nosti esse seniores populi & moderatores ejus; & assumptos, adducito eos ad tentorium conventus, ut sistant se ibi tecum v. 17. Tunc descendens loquar tecum ibi, & seponam de Spiritu qui est super te, ponamque in eis; sic portabunt tecum onus populi neque portabis tu solus; Hic probe notatur quod Electum illud organum Divinum Moses in eligendis 70. viris e senioribus præfectisque populi, divinum exsequebatur

mandatum, eligendo tales viros qui partem
 quoque oneris suos derivarent in humetos,
 unde probari non potest, ut ego existim,
 tum Presbyterium illud Magnum institutum,
 quod Senatoribus constabat 70. Neque e-
 nim eum in finem ordinati, donisque singu-
 laribus instructi erant, ut Mosi collegæ quasi
 opem in dissolvendis litibus præstarent,
 verum ut populum tumultus moventem
 tranquillum redderent, & coercerent, id au-
 tem si respueretur, Moses litem dirimeret,
 pristinumque in ordinem redigeret. Non
 ergo propriè judiciorum causa lecti sunt illi
 70. πρεσβύτεροι seu seniores, ut ait in antiq:
 Qvenst: Ideo hac de re Dominus D. Conringius
 in de republ; Hebr Th: 22. Sic pronunciat Con-
 stans Doctorum multorum sententia est, insti-
 tutum hic (Num. 11.) per Mosen à Deo con-
 silium, & Presbyterium illud esse, cuius vim
 Herodes Rex fregit, majoris momenti Causis,
 que in singulis civitatibus decidi non pote-
 rant, dijudicandis consecratum. Quod si au-
 tem in primos sententiae bujus Autbores in-
 quiras, forte reperire non fuerit alios preter
 Talmudicos Magistros hi enim disertè banc
 Presbyterii Magni origineva tradiderunt titulo

sanbedrim, mirifice contortis Scripturæ dictis
 abusi. Potest etiam hinc adhuc everti, quod
 rituum ceremoniarumque nulla in sacris
 pandectis fiat mentio, cum sint necessaria
 Synedrii constituendi requisita. Neque quid
 firmitatis dicti illius Deut. 17. v. 8. Si occulta
 res tibi est, in judicio ferendo inter cædem &
 cædem, Eccl. è rebus controversis intra portas
 tuas, tunc surgens ascendes ad locum, quem
 elegerat Jehova Deus tuus. v. 9. Et adibis sa-
 cerdotes, Leviticos & ad summum judicem,
 qui erit diebus illis, ut consulas eos & indi-
 cent tibi statum illius judicii; indefessi defen-
 sores, suæ adferre possunt sententiæ. In
 hoc loco, quidem mandat Deus, quod verbis
 sententiisque Judicum variantibus inferio-
 rum, sacerdotes, Levitas, & judices καὶ ξοχὴν
 ita nominatos & à Deo extra ordinariè exci-
 tatos, accedere sit e re, in quorum judicio
 postmoderū at acquiescendum. Quāvis possi-
 concedi hoc sacerdotale consilium synedrio
 seu confessui illi magno primam originem
 forsitan dedisse, re ipsa tamen ingens discri-
 men inter hocce consilium & Presbyterium
 reperitur; illud enim senatores Levitici ge-
 neris admisit tantum, hoc autem, scilicet Pres-
 byte-

byterium, ex tribus constabat ordinibus, sa-
 cerdotibus Levitis & primoribus Judæorum;
 qui neque sacerdotes neque Levitæ erant
 test. Causab. Exere:23. Perplurimi etiam sunt
 qui putant Synedrium magnum à Mose insti-
 tutum, per Josaphatum Regem Juda confir-
 matum esse 2. Paralip: 19. v. 8. ubi narratur
 Josaphatum restitutâ paece, Hierosolymis in-
 stituisse Collegium judicum summum, quod
 cognosceret causas graviores, majorisque
 momenti. Non quidem dedignamur huic
 confessui Josaphati adscribere synedrii no-
 men, quod dein in urbe Solymorum fuit ad-
 ornatum; in diversis tamen fuit ab simile;
 nam utrum fuerint expresse 71. hic non
 fit mentio; adhuc ex scriptis Thalmudicis
 & Rabbinorum colligi potest, quanta aucto-
 ritate Synedrium Magnum præ Josaphati an-
 tecellebat. Quamvis itaque trita sit opinio
 Moschis tempore Persbyterium Magnum vi-
 guisse, tamen Dionysius Petavius, Jesvita ori-
 ginem Presbyterorum judaicorum, aliam non
 facit, quam ex Gabinii Syriae Præsidis insti-
 tutione, illa quam Josephus in antiquitatum
 Lib. 14. Cap. 10. tradit; deinde constitutis s.
 judicialibus conventibus, in totidem æquales

partes, totam provinciam distribuit, ita ut
alii jura peterent Hierosolymā, alii Gedanā
&c. ita scil. ut cum jura erant petenda ex
urbe sancta, Synedrium Magnum ibi intelli-
geretur adesse, cum quo haud facimus, utpo-
te cuius assertioni auctoritates & argumen-
ta repugnat. Post captivitatem Babyloni-
cam constitutum esse Presbyterium, cum
Doctis statuendum esse videtur; & quidem
Hasmonæorum tempore ad formam consilii
a Josaphato olim impositi. Id cum com-
plures comprobare allaborant, illis quoque
calculum addit Dominus Frisemuthius in
tractatu de eligendo Rege; qui considera-
to accuratiū consilio 71. virorum, tandem
argumentis idoneis, negat concessum illum
Synedrialem judicum Samuēlis & Regum
temporibus floruisse, ortumque ejus ad Esdrā
& Nehemīā, in aula Artaxerxis vitam qui
degebant, quorum prior scribæ sustinebat
munus, alter v. pincernæ obibat munia, cæ-
terorumque ex Babylonia redeuntium, re-
fert tempora; Cujus nos hac vice opinionem
nostram reddimus, innitentes veritati Histo-
ricorum, illud idem statuentiū, atque quod
gens judaica novis constitutionibus & legi-

bus amborum horum consilio auxilioque fit
ornata, captaque Jerusalem novis circumda-
ri manibus, post solutionem captivitatis Ba-
bylonicæ 70. annorum; cum ante hanc sub-
jecta fuerit iudæa Regibus suis. Ipsa enim pro-
pter atrocia scelera ex Justo Dei judicio afflita
est poenit, ita ut pars perensem interempta
sit, pars quoque in Babyloniam, per Chalda-
orum Regem Nebuchodonosorum trans-
missa, cum obsidione Hierosolymas munivit,
vastando templi utensilia, quibus Sacra Jeho-
væ peragebantur, urbem autem incendio de-
lendo, murosque diruendo, donec cuncta
potestati vastatoris subjecta, ejus parebant
Dominio. Soluta v. hac captivitate, annu-
ente Cyro, in iudæam migrarunt, ubi ope Es-
dræ & Nehemiæ exstructa iterum Solymo-
rum urbe, præpositus eis est magistratus, qui
populo præsideret & jus diceret, qui ad no-
stram opinionem presbyterium summum vo-
catur. Et ita se res habet, quomodo everti-
tur Moschem & Josvam &c. auctores fuisse
confessus; de cuius origine invenienda, hacte-
nus fuimus solliciti.

*Jam vario postquam quæsivit mens mea pacto,
Tempus quo sanedrim cœperat eximium;*

Tum

Tum sibi quis fuerit Auctor qui condidit ampli
Formam confessus judicique modum.

Jam breviter pingam (fugiens Asiatica verba.)

Quot numero sedis membra fuere gravis.

Eliq: 2.

Synedrium hoc magnum quod causas gra-
viores discrevit, fuit conventus quidam con-
stans 71. Senatoribus: Hi ex triplici fuere ge-
nere oriundi, sacerdotum nempè Levitarum
& primorum ejus gentis, qui nobilitatis es-
sent fama, & mentium celebritate præcæte-
ris inclarerunt; Requirerat n. talis con-
fessus, qui omnem ibi Senatum, eodem ævo
qui viguit, antecellebat, membra non de-
fæce vulgi vel inferioris alicujus conditionis
hominibus, sed quæ dignatione reliquos o-
mnes superabant. Infit Maimonides ipsum
etiam Pontificem summis his sacris initiatum
aliquando fuisse si pietati studuerat, atque
examen quod requirebatur ferre poterat.
Sunt a. verba ejus רוח ראי בחרבם Si
cordatus & capiendus consiliis non ineptus:
Qui non vi se ingesserit, sed suffragiis adju-
tus, in senatum promovebatur. Summam
nonnulli eâ in re navant operam, ut obti-
neant 72. existisse membra supremi illius

collegii; verum nullis fundamentis inniten-
 tes vel profanis vel sacrī; Dicit Qvenst: in
 Antiq: communem errorem errat Baronius
 cum Menochio & Cornelio à lapide. In
 ea omnes recentiores conveniunt opinione,
 quod 71. fuerint, & ē triplicis generis ortu,
 uti Maymonides in Sanhedrin ait; constabat
Synedrium ex sacerdotibus, levitis & Israelitis.
 & Cunæus de republica Hebræorum in-
 quīt: *in consilium magnum non modo cives*
primariæ nobilitatis, sed Levitæ quoque &
sacerdotes electi sunt, in supremum itaque
hunc consessum non seniores solum, verum
etiam nobiles, sapientiâ, prudentiâ rerumq;
usu maximè conspicui, ex singulis tribubus
eliebat, qui puri à quibusunque vitio-
rum generibus agnoscabantur. Hæc enim
ante omnia requirebantur ab eis ut 1. San-
gvine puri ad abarcendos à suo collegio
proselytas reperirentur, uti Maimonides
narrat in Sanh. Cap. 2. Haud constituebant
in Synedriis alios præter sacerdotes, levitas &
Israëlitas, genere nobilissimo, quorum filii
legitime sacerdotibus copulari possunt; & Cu-
næus: peregrini, exterive in hunc ordinem non
sunt admissi, nisi matre saltem judæa essent.
 nati. 2. Ut liberi essent ab omni corporis

vitio, claudie enim, lusci, monoculi & similes,
 incapaces hujus supremæ functionis duce-
 bantur, proculque à conspectu abarcebant-
 tur. 3. Ne senes eunuchique existerent, so-
 lent enim saepe repuerascere & ad crudelitatem magis quam ad humanita-
 tem proni habentur. Fiunt namque ultimæ
 senectutis homines jocorum, imo etiam se-
 riарum rerum impatientes, ut æqvè erga se
 ac alios omnes exuant clementiæ affectus,
 4. Ut essent (α) אֲנָשִׁי חֶלְוִי viri strenui, qui
 strenue in summa justitia & æquitate res per-
 penderent & lites dirimerent. (β) יְרָאֵי
 אֱלֹהִים timentes Deum ejusque ad manda-
 ta & præscriptiones legem promulgantes (γ)
 אֲנָשִׁי אָמָת viri veraces qui veritatem in-
 dagare, nec magis unius quam alterius fave-
 rent partibus, sed justè, animoque veraci-
 suam unicuique attribuerent, perpenden-
 tes illud quod *Luc. 6. 38.* dicitur τῷ γὰρ ἀυτῷ
 μέτρῳ ὡς μετρεῖν, ἀντιμετρεῖν στέπειν ὑμῖν (δ)
 בָּצַע שְׂנָא osores lucri, qui non illius repor-
 tandi gratia, justitiæ promulgarent leges;
 verum ut conscientiæ librum haberent im-
 maculatum, sibi caverent secundum dictum il-
 lud quod Spiritus Dei per Esajam canit Cap.

s. v. 23. *V& absolvētibus improbum propter munera &c.* () Patres liberorum, quia fovebant iustitiam, magisq; judicabantur inclinare ad clementiam s. denique ab eis etiam probè erat notandum, ne juvenes hoc fungi facerent munere, inepti namque judicabantur omnes ii, quibus non dum aderant pubertatis notæ, de quibus R. Abihu loquitur. Nullius in monumentis reperire licet Reges ordinarie constitutos fuisse aut exstitisse capita hujus collegii; prohibitum namque erat regi contradicere in dicendâ sententiâ, partim ob verendam Majestatem, partim etiam ob dignitatem summam quâ pollebant, sicut statuit Maimon. in Sanh: non adsciscitur Rex Israelis in Presbyterium, quoniam non permittitur ab eo dissentire aut contradicere verbo ejus; Sed tamen adsciscitur Pontifex maximus, si modo sapientia ejus non sit impar. Consultissimum itaque duxerunt Regem, potius excludendum e cætu isto seniorum quam, ipsi, adscito, contradicendum, aut præter æquitatem forsitan assentiendum; atque hæc sufficient signasse de numero eorum, qui membra fuerint Presbyterii, & quot & quales exstiterint,

Sic licuit paucis verbis attingere membra.

Induis in cœtu quot viguere sacri.

At qualis fuerit Praeses jam cernere fas est.

Id quoniam Methodus præcipit ipsa mibi.

Eleg: 3.

Ut omnis ars si sub nomine perfectionis suscipienda est, instrumenta requirit sibi efficiendæ necessaria, tum prudentiem moderatorem; ita etiam Collegium Senatum prudentia præditum reqvirit, Præsidemque, qui varias sententias ponderat & ex quibus in unum collectis potissimam eligit, quam deinde excipit, firmat & pronunciat. Hujus postea nomen, partim ob doctrinam, partim etiam propter merita, omni honoris genere prosequuntur alii. Hoc etiam probe notatum ab antiquis in instituendo Synedrio illo Magno Hierosolymitano fuisse, uno ore tota testatur Doctorum corona, quod cuique veterum monumenta inspicienti patet ad oculum: Qui munere fungebatur primario, principis insigniebatur nomine & fama doctrinaque omnes cæteros superabat, ab Ebræis נושא princeps nominabatur, alias etiam הושבה ראש caput confessus, item simpliciter רא caput appellabatur; nec

מִפְלָא admirabilis, excellens, eratque
 laude sapientiae inclytus, ob insignem eru-
 ditionem qua prædictus esse debebat. בְּרַנִּים
בֶּלְעֵד הַדָּרֶשׁ וּמִלְמָר תּוֹרָה ille qui legis publice
interpretandæ auctoritatem babebat. Hujus-
 modi definitione describebant principem,
 cui non modo auctoritas assignata fuit, ve-
 rum etiam cura bene gerendi imperium in-
 cumbebat. Cæteris etiam debuit bono præire
 exemplo vitaque inculpata. Sommis au-
 tem afficiebatur honoribus & instar Regis
 à membris Collegii colebatur, quia hono-
 rem haud minimum ei ingredienti offere-
 bant, quando non modo capita denudarunt,
 sicut mos requirebat ævi istius, verum etiam
 corpus à sedilibus attollebant, indicantes hu-
 militatem & modestiam suam erga eum,
 cujus sub auspiciis prospere obibant suas
 partes, nec antea considerunt, quam veniam
 à principe nacti sunt, sicut Mishna tradit.
 Quando a. tristia fata subiisse principem
 suum perceperunt, haud exiguum luctus in-
 dicium animus eorum proferebat, quod tam
 externis signis, quam interno sensu significa-
 runt: utrumque nudabant humerum, nec
 publice in foro obambulabant, verum apud
 fami-

familiares mœsti, dies triverunt suos sedendo. Vulgari haudquaquam suo more exequias eius celebrarunt. Quando nimirum exanime corpus terræ committeretur gremio, comburebatur omnis defuncti supellex, lignis odoratis & aromatibus ingestis, veluti in sepulturis Regum imperatorumque fieri solebat, uti prolixius, Avoda disputat, cum inquit: quemadmodum cremant propter Reges, ita etiam propter Synedrii praesides; quid a. comburunt? nibil preter lectum & utensilia eorum. Legitur in scripis Doctorum Onkelosum Proselytum propter Regem Gamaliel septuaginta minas Tyrias combustisse. Qui principi proximus sedebat singulari etiam nomine insigniebatur ר' נימירום, quia senior inter collegas existit, principique ad dextram sedebat; ita ut ambo, Hic & Princeps paulo remotius a cæteris sederent, & capite absente reliquis hic præsideret, talibus antiquitas eum describebat circumstantiis בפסקין על פור' גראול שבר' יונין וחרינן' judicum antecessor, cùus ore lites deciduntur, scilicet quando ipse abfuit Princeps. Summo etiam hic obsequio & honore a membris collegii affe-

etus existit. Intraturus Presbyterium duabus
 surgentibus lineis, interquas progredie-
 batur, nudo capite excipiebatur. Cum au-
 tem morti succubuerit, sinistra denudabant
 brachia, vehementer tanti viri excessum
 speratum lugentes, Insuper autem Acade-
 miæ & Scholæ urbis istius vacabant, qui que
 antea ad meridiem obtinuerit locum, jam ad
 septentrionalia demigrabat pulpita. Atque
 hi erant, qui Senatui huic omni præfuerunt
 tempore, eo cum discrimine, ut Princeps ra-
 tione potestatis, dignitatis & sapientiæ suum
 cuique tribueret; Hic vero ætatis meri-
 to vicem sustinendo absentis principis,
 collegis præfuerit. Membra vero collegii
 cætera quæ 69. fuere, promotionis & digni-
 tatis suæ ordine sedebant, eratque eorum
 idem honor, eadem dignitas, sive essent Poli-
 tici, sive Ecclesiastici. Si vero horum aliquis
 anima exhalaverat, debito modo corpus ejus
 exanime lugebant reliqui. Tres autem ordi-
 nes Canditorum in synedrio in conspectu
 senatus sedebant, dudum à cætu populi se-
 juncti, inque singulis ordinibus 23. fuere,
 quorum quisque suum servabat locum. Si
 quem promoveri necessitas exigebat; ex pri-
 mo ordine is in locum defuncti substitueba-
 tur,

tur, tum primus secundi ordinis in primum
 ascendebat, ex tertio item in secundum unus;
 Denique ex catu aliquais delectus in ter-
 tium ordinem, non quidem in locum primi,
 sed fibi convenientem constituebatur. Elegan-
 ter describit confessum hunc Abarbanel: dos-
 mus judicii majoris quæ Hierosolymæ e-
 rat; Constatbat 71. Collegis primoribus Israë-
 lis, sapientia prudentiarerumque usu conspi-
 cuis, eratque exemplar 70. seniorum, qui Mo-
 ñi adfuerunt in onere populi ferendo. Totidem
 igitur fuere, & Maximus illorum erat Mose,
 doctor noster. Is vero est qui dicitur judex
 vel caput seu Princeps. Primarij inter 70. erat
 secundus a principe, sedebatq; à dextra ipsius,
 nuncupatus Pater domus judicii. Sedebant au-
 tem Synedrii velut in dimidiata area circulari,
 ita ut princeps & Pater Synedrii cunctos pos-
 sent contueri. Plenioram hujus sessionis ichno-
 graphiam exhibet Seldenus, qui statuit syn-
 edrium instar semicirculi fuisse, ubi Prin-
 ceps sedebat in medio, ut eo commodius
 possent eum intueri collegæ, vocemq; eius au-
 dire. Intra hanc sessionis aream adhuc fuere
 minores prænominatis, officiarii, qui manda-
 ta exequabantur utpote i. Scribat qui à dextra
 &

& siuistra steterunt collegii parte, & absol-
ventium & condemnantium annotabant
sententias, ut docet Milchna 2. Lictores qui
triplici insigniebantur nomine (α) שׂטרוּם de
Schoterim Maimonid: sic scribit: Lictores qui
bacillis feriunt i[n]ssu judicū inobedientes, pro-
ficiuntur per vicos, & plateas & diversoria de
ponderibus & mensuris curantes, verberant-
que pravè agentes. Ad hæc officium eorum
erat è præscripto Iudicum, ut unumquemque
male agentem ad judicem, adducerent. Scho-
terim idiomate Latino sunt executores, græcè
vero vocantur ἔκβασαι πράκτορες (β)
de qua dicit Schabbat: quicunque in plateam
egreditur כמי בעין דומה לסדרוּת de sere-
putet ac si jam erderetur lictori (γ) מנגדא
Glossa loquitur in Bab: Ioma quod sit lictor
Persbyterii qui flagellat. Romani lictores suum
munus, circumstantiis quibusdam, oculis ho-
minum magis ingerebant, quam Judæorum
ministri: Romani enim municipes conditio-
ne liberi erant, togæ ut reliqui Qvirites uten-
tes, sicuti ex Cicerone ad Pisonem apparat,
Togulae ad portam lictoribus præsto fuere, quis
b[ea]t illi acceptis, sagula rejecerunt. At Judæos di-
scrimen aliquod personarum habuisse & con-
ditio-

ditionem aliquam observasse in ministris publicis legendis, non constat. Atque sic descripto ordine Senat⁹ Persbyterii, notandum erit Christi & Apostolorum temporibus, nullum alium fuisse נושא quam Pontificem Maximum. Quod itaque dictum est ἀεὶ τῷ נושא S. Paulus Pontifici Maximo aptat, Act. 23 v. 5. Denique Pontificis Maximi munus erat v. g. Cajaphæ Matth. 26. 57.

Sistitur hic Συνέδρων nobis confessus Et ordo Unius fuit Et septuaginta hominum.
Præsidis hic ingens patuit sat nomen honoris
Principis enī titulo Splendidus ipse fuit.
Convenit ut videam fixo jam lumine quinam
Hujus delectus sit modus Et series.

Eliq. 4.

Ult decenti, ita etiam solenni pompā rituq;, electio Presbyterorum quondam in urbe Solymorum instituebatur, cum in judicium collegia ac synedria, sive magnum sive minorum homines virtute, doctrinā, prosapiaque insignes, celebres inclytique eligerentur. Examen ante omnia instituebatur, quod subeundum erat. Huic qui sufficere non poterant, abarcebantur; qui vero tantum rigorem ferre valebant, his ordinationis ritus, Χειροτέσιο-

סמכת
טומוח
manuum impositione, quod Ebrais וְהַקְנִים ordinatio Presbyterorum audit, dete-
rebatur. Ad hæc etiam solennitatis gratia
carmen quoddam recitatur ר' וָשֶׁךָ אֲגִילָה רֵינוּ קְנָסֹות הָרִי
Ecce manus tibi imposta est dasurque potestas tibi
judicia exercendi etiam criminalia. Quis au-
tem auctor talium rituum extiterit, de eo
multum disceptant Doctores; nos vero Mosen
agnoscimus, qui Josvæ & 70. senioribus ma-
nus imposuit, quos deinceps Deus post ini-
tiationem, spiritu suo implevit. *Num. II. v. 17.*
Hi cum tali modo ordinati essent, & suis
præesse officiis jussi, alios etiam simili mo-
do crearunt; sed non extra terram sanctam;
omnis namque ejus vis Palestinae inclusa erat
finibus. Tandem etiam manuum illa impo-
sitio quæ diu usu invaluerat, cessavit. Unde
deinceps à Judæis hic mos ad Christianos de-
scendit, imò etiam ad nostra secula, ubi can-
didati aliqui qui sacris operam navant, ma-
nuum impositione initiantur. Ne justo pro-
lixiores simus, breviter notandum, præsen-
tes certo tactu designatos fuisse, dum quis
ante creatus, verba ordinationis eis profe-
rebat, manuum impositio ut in similibus,
etiam

etiam in aliis adhiberi solebat, quæ tamen non ita prorsus necessaria habita est, quum tantum verbis conceptis, ubi de persona certò satis constaret, his puta ego te creo, aut sis creatus, legitime etiam tales creari potuis-sent. Absentes autem per epistolas aut codicillos creari rite potuere, quamvis manuum impositio haud adhibebatur, quæ non summæ necessitatis erat. Fusius rem hancce pertractat Seldenus.

*Sic tibi jam series patet hæc, qua Presbyter olim
Adscriptus sacris ritibus his fuerit.*

*Disquiram post hæc, excelsæ qui locus urbis
Confessum tenuit, nomine regi gravem.*

Eliq. 5.

Cum in præcedentibus modum ordinatio-nis examinare conatus sim, ansam hinc ac-cepi investigandi locum, in quo Presbyterium hoc summi momenti habitum. Notant Doctores ad latus meridionale templi Hierosolymitani, fuisse לשבת הגדית condare cæsi lapidis ad orientalem angulum, cuius una pars in Atrio, altera in Antemurali sita erat, ubi considebat Presbyterium magnum 71. vi-rorum. Ut enim erat collegium percelebre, ita etiam requirebat ædificium splendidum, quale

quale etiam revera fuit, constructum ex cæsis
 politisque quadratis, lapidibus unde σύνεδρος
 vocabātur חכמת גוזת Sapientes Gazith, quod
 Synedrium saepe numero apud Hieronymum
 de sancta fide, consistorium Grazith nuncus
 patur. Ex verbis Seldeni inclarescit exstruc-
 ctio hujus conclavis : *Locus hic in duas dispe-
 scebatur partes; una pars insigniebatur nomi-
 ne קורן Sancti, quod ista pars esset sancta,
 quæ non ab aliis, nisi à familia regali Da-
 vidica obsessa reperiebatur, juxta Thalmud:*
*Altera autem pars ביהל profana, religione so-
 luta seu area non sacrata erat, hæc à senatu
 Presbyterorum occupabatur; atque ita firma-
 ter illud validius quod in præcedente produ-
 ximus thesi, illam sessionem instar semicirculi
 institutā fusse, quia area hæc formam rotundi
 circuli repræsentat; & una pars circuli est sacra,
 altera non sacra seu profana, quæ Presbyte-
 rorum erat. Similem formam species Basi-
 licæ magnæ, conclavi Gazith refert: erat etiam
 hujus dimidium unum in loco sancto, alte-
 rum vero in profano, aditus habuit geminos,
 ita ut unum ostium versus sanctum, alterum
 vero versus profanum aperiretur, Sic hoc à
 doctis exponitur; per unum ostium partem
 sacram*

sacram, per alterum in profanam introitus patebat. Si placet consuli potest Qvenstedt in antiquitatibus suis qui citat Gemara Baby- lon. Litigationis ansam haud minimam do- ctit præbet, conclave hoc Gazith. Existimat Seldenus non adeo absolum forsan esse, su- spicari hoc ipsum conclave idem esse, de quo mentio. Joh. 19. v. 13. fit, nimirum λιθόστρωτος locum saxis stratus. Quod nec parum ab Ebræis ipsis firmari videtur, qui in causa Do- mini nostri IESU Christi, Συνέδρειος, quoniam alibi capitalem sententiam ferre noluere ipsi, in conclave Liskath Haggazith convenisse, di- serte scribunt. Tandem etiam concludit litho- stroton, Synedrii magni locum seu conclave fuisse dictum Græcè à pavimento. Verum u- trum hæc assertio ferre vim queat, diversa- rum rationum, dubium est, lisque ipsa adhuc sub judice versatur. Nec enim Pilatus Syne- drii exstitit præses, ut ibi in dijudicandis seu pronunciandis sententiis versari potuerit. Fuit potius λιθόστρωτος Pilati, locus aliquis ju- dicii eminentior cæteris, ubi sceptrum ges- sit præsesque fuit, qui etiam novo vocabulo vocatur lapidipavium. Syriaco vero idiomate γαββαδā: Judicia autem capitalia exercere

extra hoc conclave nemini licuit, neque
 Synedris illis post demigrationem ab isto lo-
 co; neque Synedriis illis minoribus quæ post
 Synedrium magnum Hierosolymæ sunt sub-
 stituta. Nam post migrationem, potestas et-
 jam paulatim Presbyteris diminuta erat, &
 quam primum dimigravit à conclavi cæsi la-
 pidis Presbyterium, Judicia quoque cessarunt
 capitalia. Job. 18. v. 31. quid dicam Hiero-
 lymis, sed etiam in tota terra Israelitica 40.
 annis ante excidium templi secundi; eo tem-
 pore quo Christus diebus carnis suæ in Palæ-
 stina docuit. Post demigrationem, sessionem
 transtulerunt à conclave Gazith in tabernas,
 quæ quidem haud procul ab ipso templo erant
 constitutæ, nimirum in proximo monte. Hæc
 autem causa demigrationis esse potest, quod
 nimirum ipse locus ob sanctitatem & Maje-
 statem verendam, Senatores ad rigidam ju-
 stitiam administrandam, strictamque de sin-
 gulis Causis ferendam sententiam obligabat,
 quæ omnem omnino exuisset clementiam,
 hominibusque pavorem incussisset. Consul-
 tum itaque duxerunt, omnis rigoris effugien-
 di gratia, tabernas petere, opinati se dein
 non tam arcte legibus adstringi. In hisce
 tabernis

tabernis judicabant Apostolos, cum contēdebant eos perversa patrasse, ut ex Actis patet *Apost. Cap. 5. v. 27.* Maxima quidem controversia inter Doctos agitur in discussione quæstione, an Christus in Gazith vel tabernis judicatus fuerit, cum atrocem mortis crucem subire a perversis judicibus jussus est. Perplurimi quidem in illa permanent opinione, quod e tabernis in Liskath Hagazith redierint, uti Seldenus, cum quo conferatur Ligthsotus. Verum de his non plane disputant Auctores, existimant quidam utrobique de causa Christi actum fuisse, fatenturque non insolitum eis fuisse aliquando exigente necessitate & rigida justitia, redire eo, unde migrarunt. Pugnat illud hic vehementer, quod de capite Christi certo agebatur in templo, *Mattb. 27. v. 5.* καὶ ρίψας τὸ ἀργύριον εὐτῷ ναῷ, ἀνεχώρησε. καὶ ἀπέλθων ἀπῆγετο, forsan uti hodienum etiam sæpenumerousu venire solet, quod per pensa ad suas circumstantias se in convetu Ecclesiastico, seu ut apud nos dicitur in Consistorio, postmodum in jus civile seu Dicasterium ea deferebatur. Aperte quidem quidquam in Doctorum scholis, quid de posteriori hocce membro tenendum

it, scriptum haud reperitur. Incertum namque, imo dubium est, quamdiu in Liskath Hagazith & tabernis sederit confessus, hoc interea certo constat Hierosolymis ad excidium templi urbisque durasse.

Sic mea cura; fuit paucis inquirere sedem

*Quâ viguit solymis eximium Sanedrim,
Ad hæc conatus diversos querere sensus*

Horum qui cupiunt sistere se studiò.

Dicitis adversos. Post hæc de tempore pauca

Scribam tum qua bora cuncta peracta diēi.

Eliq: 6.

לכל ימִן omnia tempus habere, Spiritu sancto ductus exclamat Ecclesiastes Cap. 3. ¶ i. Quod omnis ævi temporibus ante & post eum à multis est observatum, quare omnia his ipsis ad nutum feliciter successerant. Hoc ipsum probe etiam à Presbyteris albo quasi calculo omni omnino tempore signatum. Temporis namque rationem semper & ubique habuerunt, & juxta illud cuncta opera sua dirigebant, tam in privatis quam publicis gerendis negotiis, uti testimonia perhibent eruditione autoritateque summi viri, dum exponunt quomodo in conventu suo publico tempora & horas observabant. Receptum

au-

autem more judicis sui Presbyteris in hoc
 Senatu, tempore matutino atque antemeridi-
 diano adesse, utpote quo alacres erant & de-
 liberationibus aptissimi, neque corpus gra-
 vabat saburra ventris quæ hominibus post ci-
 bi usum molestiam adferre solet; neque so-
 mnus, qui post meridiem vel invitatos sæpe
 premit, & ineptos reddit sublimibus rebus effi-
 ciendis. Cessarunt autem (cum Sacrificia ju-
 gi matutina inceperint, quod ante solis or-
 tum peragebatur) sub sacrificium vesperti-
 num ejusdem diei, tempore horæ tertiae po-
 meridianæ. Qvale autem sacrificium illud ve-
 spertinum fuerit, hic data occasione enucle-
 are animus est. Fuere sacrificia hæcce illa,
 quæ Deus in nominis sui gloriam & semperi-
 ternam memoriam, præsidi Israelitarum
 Moschi, quando altare expiaretur, quotidie
 peragenda injunxit, cuius mentionem quo-
 que facit *Exod.* 29. v. 39. *Num.* 28. v. 34. Quo-
 tidie duos mactari voluit agnos, unius ma-
 ctatio solis antevertere debuit ortum; alte-
 rijs vero, tempore pomeridiano imminebat,
 inter duas vesperas illas, quarum prior ini-
 tium suum habuit ab exacta hora post meri-
 diem tertia; altera vero se ad horam quintam

postmeridianam extendebat, quibus ita præmissis, rursus pergimus. Permanerunt Presbyteri in conventu hocce, horis inter ambas hasce prædictas mactationes, incipientes nimirum ab ortu solis, sessionemque exten-dentes ad initium mactationis secundæ, quæ eodem die hora tertia peragebatur. Moscis autem hac in re secuti sunt exemplum, qui in habendis judiciis suis & rerum ardua-xum decisionibus, hoc notatu dignum obser-vavit, uti *Exod: 18. v. 13. 14.* legitur. Quantam autem curam, constantiam, diligentiamq; in commissis muneric partibus obeundis ad-hibuerant, plenè & sufficienter nobis scripta Doctorum commonstrant, docentque nos illi, nec diebus Sabbathi festisque eos interquie-visse, quo minus [communi] consulerent bo-no. Non in Liskath Hagazith, seu conclavi, illo saxeo, sed בחריל ad ante muraletempli circa montis introitum constitutum consi-debant. Non tum judicia capitalia exer-cuerunt, siquidem dies illi fuere festi: Verum legales resolverunt quæstiones, quæ à Pres-byteris minoris Persbyterii propositæ fuerint, idque ideo quod decisionem justam proba-tamque dare haud potuerant, sed talem exhi-buerint,

buerint, quæ observationem, censuram, imo
limam meruerat. His itaque commodissi-
mum arbitrabantur diebus hujusmodi expe-
dire negotia, sententiasque ferre, quo velut
aliud agendo ista perficerent. Existimarent
quidam illos hisce occupationibus Sabbathum
violasse Domini, qvod quomodo factum sit
submittimus judiciis illorum, qui hæc ex po-
nere debent.

*Presbyteris quondam quod tempus & hora diei
Sint data, jam tenui diximus bicce modo.
Post data quas habeat referam sententia vires,
Ordoq; quid valeat Lector amande dicam.*

Eliq. 7.

Auctoritas necessarium in judiciis requisi-
tum omni omnino ævo à sapientibus & doctis
ipsis, & legibus, & regnis est asserta; quæ et-
iam hactenus honestatis & ordinis genitrix
extitit in societatibus, & timorem hominum
semper incussit pectoribus, si solummodo
quid speciminis in coercendis malignis, in pu-
blicum sit editum. Haud postrema sane
fuit auctoritas potentiaque Synedris in
Presbyterio illo magno, Aequabant illi hac
ipsa Reges, eratque potestas ipsorum, re-
spectu legum, humanarum non restricta;

Divinarum vero limitata. Potentia namque eorum late se extendebat, ut licitum eis fuerit 1. totam pertransire Judæam, conventus populi lustrandi gratia, & si quid perversè, nec ad normam legis, rectæque rationis factitatum deprehenderent, admonitionibus hoc malo mederi ne imposterū aliquis delinqueret tum etiam urgente necessitate suppicio capitis facinorosi puniebantur. Unde ab his quoque creabantur Magistratus, qui populum regerent, simulque jus administrarent. 2. Præter hoc quod lex à cuiuslibet provinciæ Præsidibus pronunciaretur, ipsi quoque Presbyteri novas traditiones legisque condebant, existimantes in plebis memoria aliquo modo illas hæsuras, si Magistratus quibus ipsarum conservatio commissa erat, eas oblivioni tradiderint. Gravis etiam eos mansit pæna, qui injuncti officii partes segniter peragebant; Et enim horum dominio quoque parebant alii officiarii instar cæterorū subditorum. Hoc autem discrimen fuit quod vicem absentium Presbyterorum sustinerent, litemque si quando contingebat inter eos oboriri, eis dirimentam propinarent, quando magni momenti fuit; alias ipsi in levibus dijudicandis ad

ad normam legis judicabant. 3. Si aliquando contigit tribus, quosdam Pontifices, aliosque clari generis homines, graviter delinquare, judicia ab his Senioribus rulerunt. 4. Cum Reges tristia subiere fata, alii per hos in locum demortuorum eligebantur, qui & populo placebant, suoque judicio digni censebantur, qui tali fungerentur munere. 5. Cum bellum inter finitimas provincias oritur pacis iterum quarebant vias & conditiones, & si nervi in bello defuerant, horum erat officium, ut compararent a vulgo impositione tributorum, quæ justa & moderata judicabant ipsique portare valebant. Ipsorum quoque commissa curæ annua sicolorum penitatio. 6. Si uxor aliqua deficiens a marito suo, eum fecellisset, & cum alio concubuisse, ea res, si solummodo maritum zelotypiæ affectus invasisset, horum examini subjiceretur, qui accurate illam perpendebant, examinante etiam Sacerdote talem mulierem per aquas amaras, juxta legem sacram, Num. s.v. 12. exhibitam. 7. Ea etiam potestas seu auctoritas his concessa erat, ut si id consultum viderent, urbem aliquam qua longitudinem vel latitudinem amplificare possent,

ita ut incolæ, ne verbo quidem, multo minus
opere eis resistere ausi sint, quando mandato-
missò aliquid efficere jussi sunt. 8. Denique
calculo temporis à Julio Cæsare instituto, li-
mam admovere, illis licitum fuit, clarumque
in ordinem opus ipsum redigere. Quamvis e-
nim ab Auctore, qui talibus exstitit adeo ad-
dictus, ut inter media prælia astrorum motib⁹
viisque superis vacaverit ut narant historio-
graphi, accurate sit formatus; tamen non
omnibus aditus patebat ad intellectum tam
arduarum rerum nisi, manuductores habue-
rint, quales hi 71. Presbyteri fuere. Interea cum
huic Senatui commissa fuit causarum gravio-
rum inquisitionis cura, tam religionem quam
rempublicam attinens, veluti quæ erat de
controversiis legalibus, & anno intercalari,
de Presbytero refractario, & contumace } de
Pseudoprophetis Apostatis excommunican-
dis; de uxore adulterii suspecta, de homine
occiso in confinio reperto, de bello ultroneo,
fœderibus, legatis vestigalibus, ædificiis pu-
blicis, magistratibus, inferioribus; ad illos
hinc resolvavit auctoritatis indicium poten-
tiaque insignis Imò ipse Herodes quidem, uti
refert Dieter; in antiq. Biblicis dum Galileæ,

præfetus, de tyrannide accusatus atque Se-
 natui huic resistere conatus, vix capitis pericu-
 lum evasit, testimonium etiam Jos. in antiquis
 Cap. XXI; perhibente. Consulatur ad hæc
 etiam Seldenus, qui prolixè satis de illis quæ
 jurisdictioni Synedrii Magni subjecta fuerunt
 tractat toto Lib. III de Presbyteriis. Nec hoc
 exiguum auctoritatis indicium fuit cum in me-
 dio Persbyterii Magni, tecto, sceptrum pe-
 penderit, quod sane haud solum loci illus-
 strandi gratia ibi habebatur, Gen. 49. v. 10
 Verum etiam Majestatis signandæ causa, quæ
 dein Augusti temporibus multo arctior fie-
 bat, & ita restringebatur, ne Senatus hicce
 Presbyterii, in provinciis imperii Romani
 quemquam mortis supplicio afficere posset, ni-
 si consensu Romani præsidis in quæ jam tem-
 pore trans illa lata reliqua fuit judiciaria pote-
 stas, & hoc est quod Talmudici de Synedrio &
 Sabbatho ajunt, *judicia animarum*, hoc cœl.
 capitalia, ablata fuisse à Senatu 21. virorum,
 XL. annis ante excidium Solymorum, ad con-
 fessionem ipsorum etiam Judæorum. Job. 18.
 v. 31. Dicendum ἡμῖν ἐκ ἔχεσιν ἀποκτεῖναι ὁ δέναος
 quos scil. Presbyteros Joh. Ligt. per meram
 oscitantiam stolidâ lenitate jus perdidisse gla-
 di

dii firmis ostendit rationibus. Quin & hoc statuit, haudquaquam per Romanos extinc-
tam seu ablatam esse potentiam Synedrii, in capitalibus Judiciis; postquam enim res summa ad Romanos pervenit, condemna-
tio reicta fuit, animadversio vero erepta,
procuratorique summo permissa, ut in Chri-
sti eveniebat sententia, ubi formula ista ute-
bantur Judæi בְּנֵי מֹתָה 2. Sam: 12. v. 5. ἐνοκος
Ιαβάτης ἵσι reus est mortis Matth. 26. v. 66.
Quia Ebræi judices judicia capitalia efferebant
inter suos. Postquam autem Judæam confi-
scavit Augustus, judicia cessarunt quoque ca-
pitalia, quibus in nihilum redactis, formula
quoque à Presbyteris usurpata haud valuit
amplius. Quamvis priscam tamen retinuerint
damnationis formulam quæ eandem non
obtinebat vim. Cum enim pronunciatum de
aliquo fuerit, hunc vel illum inter Judæos
morte dignum extitisse, Sacer & inviolabilis
habebatur, nihilque illiciti in eum statuen-
dum unquam fuit, annotante Grotio & Je-
remia Cap. 26. v. II. מִשְׁפָט מֹתָה לְאַוְתָן
crimen mortis est in viro; in vers. vero 16.
aliter innuitur מֹתָה מִשְׁפָט לְאַוְתָן
nullum est in viro hoc crimen capitale.

Sic tua confessus patuit jam magna potestas,
 Turba suo imperio subdita quæq; fuit,
 Postulat hic ordo brevibus describere verbis,
 Quam longo bæc Solymæ tempore jura dabat

Eliq. 8.

Pœsto principio ponitur etiam finis, quod de Presbyterio etiam Magni nominis viri perhibent. Tyrannus atrox Herodes regni Gubernator cum in sua perseveraret tyran-nide, cunctos vita privare mandavit Syne-dros, etiam Hyrcanorum, excepto uno cui no-men fuit Samea, ut eo' facilius factiosos in de-functorum surrogare posset locum quod & jam effectui datum. Deinde humilis conditio-nis homines malevolos, sibique in malis & pravis perpetrandis facinoribus faventes, tanti nominis officio admovit. Sed ubi ita summa imis misericœperunt, & avaris sordi-dis & perversis hominibus conferrebantur dignitates & egregia munia; non potuit di-utius cohærere societas, aut legibus auctoritas constare. Etenim cum Titus Vespasianus So-lymas per Patrem suum Flavium circa annum Christi 70. cum ingenti exercitu missus est, die 24. Aprilis ipso Paschatis festo initium fe-cit

cit obsidionis, quæ ad septimum septembris
 duravit, quo ipso die Metropolis hæc sum-
 mæ dignitatis in flamas est conjecta, plebis
 potior numerus ferro necatus, plurimi capti-
 vi abducti, thesaurus e templo abreptus, &
 Titi jussu Romam translatus, inque templum
 depositus. His ita peractis & diruto templo,
 persbyterium quoque Magnum solo æqua-
 tum, atque Persbyteri qui in Peremptorum
 substituti fuere locum, in obsidione hacce dies
 vitæ suæ clauerunt. Duravit a. res hæc Ju-
 daica à vastatione urbis prima ad secundam,
 atque dein nullibi in Judæa tales reperire li-
 cuit conventus, præter eos qui post excidium
 urbis in Palæstina vel Canaan qvæ terra sancta
 appellatur excitati fuere, qvatquam potiori
 jure simulacra judiciorum, quam ipsa judicia
 fuere. Nullus namque pectora judicum in
 eis habuit timor, nullus eis erat præses uti
 Doctorum monumenta cōmemorant. Hæc de
 Presbyterio Magno ab ingenio tenui pro-
 fecta delineavimus, ita ut primaria ejus reqvi-
 sita ab initio ad finem exposuerim, cuiusqve
 auctoritate institutum fuit & finitum. Jam
 autem brevius attingam confessus minores
 viginti-triū-virales, contemplando ea, quæ
 ma.

maxime notatu digna censeret dexteritas celeberrimorum virorum, facturus illud eomodo quo per imbecilles vires ingenii licet.

*Quo cœpit ceciditq; suo perspeximus evo
Obliquis oculis, dicta cathedra modo;
Ordine subjiciam fuerit quæ forma minorum
Judiciorum quæ facta fuere duo.*

CAPUT III.

Cum jam breviter quoad ductum aucto-
rum ingeniique modulum, Presbyteri-
um summum Judæorum ejus que mem-
bra quæ respiciunt, leviter tetigerim; jam ordo
monet ad Synedria minora ibidem habita
descendamus, & quidem ut primo de viginti-
trium, viralì confessu Solymis instituto, agamus
de quo adeo ope supremi numinis pauca
proferre animus est. Fuit Presbyterium hoc
ce maius eminentia dignitateque per celebre,
cui Senatores adsidebant 23. causas discernen-
tes graviores, exceptis arduis quæ ad conven-
tum summum deferebantur. Hi rem pro-
positam dijudicandam suscepérunt, senten-
tiām q; quā laturi erant; ad normam rectæ ra-
tionis legisque exigeabant, quo modo re pen-
sitata, propinabant principi seu patri Presby-
terij

terii rem exacti⁹ evolvendā, qvi prout æqvum
 censebat, rei dissolvebat nodos, eam quoad
 singula paulo accuratius, partim ob auctori-
 tatem, partim etiam ob doctrinæ gloriam per-
 pendendo, absenteq; ipso נישׁ, sententiam
 promulgandam tulit. In præsentia vero præ-
 sidis, ejus commisit arbitrio. In conspectu
 horum Persbyterorum triplex præcipuorum
 discipulorum constitutus fuit ordo ceu di-
 gnitatis Persbyterialis candidatorum nume-
 rus, ex viginti tribus constans, qui ad pedes
 sedebant Persbyterorum, ut eo melius ipso u-
 su jus addiscerent. Hi dum necessitas exige-
 bat, in exspirantium, quandoque etiam gran-
 dis ætatis hominum substituebantur locum.
 Confessus autem horum tam Presbyterorum
 quam discipulorum, semicirculi repræsenta-
 bat formam, quo splendidior esset sua facies,
 Qva Præsidem & Senatores, tum causas, ex-
 ceptis judiciis difficilioribus & singularibus,
 hoc ipsum consistorium illud majus in-
 omnibus imitabatur ; Locus autem con-
 fessus hujus habebatur Hierosolymis, etiam
 ad portam montis templi, ubi temporibus
 sibi commodis, judicia ferebant. Fuit etiam
 ad huc in urbe Solymorum aliis etiam con-
 stitu-

situs viginti trium viratus ejusdem cum præcedenti potentia dignitatis, cujus situs erat ad portam atrii. Porro præter hæc consilia Solymis instituta, in aliis etiam Palæstinæ urbibus, & intra terram sanctam contentis, constitutus fuit conventus viginti trium virorum, qui de capite fortunisque civium incolarumque dispiciebant & judicabant. Notatu vero hoc dignum censendum erit, auctoritate Seldeni aliorumque, non in cunctis Palæstinæ urbibus constitutum fuisse hujusmodi Senatus ordinem, verum juxta doctrinam Talmudicam, sed istæ solum modò civitates, ubi patres familias ultra centū viginti & porro excreverant, dignæ censebantur hujusmodi Senatus; Oppido autem quod paucioribus constabat patribus hæc dignitas non est concessa. Hodie autem ad huc lite contendunt summi virorum quibus nixi sint fundamentis Judæi, cum numerum horum 23. viorum tantum fecerint. Sed huic constitutioni subjicitur fulcrum ex, *Num. ii. v. 25.* Et judicabant cœtus, eripientque cœtus, cum itaque dico iudicare, & cœtum eripere, habeo viginti, cœtum autem continere 10 ex eo adstruere conati sunt, quod exploratores terræ sanctæ Canaan fuere decem numero, uti *Num. i4. v. 27.* Quousque cœtui huic Malitiose, &c. quo absurdo simili, probant ternos judices esse apponendos. Plurimum autem versabantur hi Presbyteri iherca judieia capitalia, quæ quadruplicis apud Judæos ordinarie generis fuere; nec exponere ea nostri est officii. Fuere etiam aliæ causæ infinitæ huic cognitoni isubmissæ utpote de nefanda hominis &

bestiæ commixtione, de bove lapidando, de lupo, vipera, leone & ursø morte mulctandis. Quibus haud diffitemur longè imparem tamen potentiam fuisse. licuit enim Presbyteris Magni conventus judicium de magni momenti rebus promulgare, his autem de inferioribus. Dabatur etiam i. Discrimen in numero, quod in Magno fuere 71. in minore vero 23. membra 2. Dabatur processus seu provocatio à 2. ad primum, non vero vice versa, & quæ sunt alia quæ angustia temporis & prolixitas rerum enumere heic vetant, quare duabus aut tribus lineis, Presbyterii minoris tangam constitutionem, O utiam omnime fausto!

*Sic quæ pollicita est finivit protinus illa,
Fistula Meonio murmurerauca carens,
Proposuit leviter legis, sanctig[er]is senatus
Facta Palæstinis. Quæ placuere viris
Decretum inferius, præsis Soractis Apollo,
Inspiciam paucis, tædia nulla ferens.*

C A P U T IV,

UT tandem fine in huic Materiæ inponamus, jam ad promissum breviter exponeamus ea, quæ ad Prebyterium minus alterum spectant. Instituebatur confessus hujus Presbyterii triumviralis in pagis & oppidis, ubi 120. civium defuit numerus, sicuti Seldenus loquitur: *in urbe cui deest incolarum 120. numerus constituebant tres Judices, quoniam domus judicij nulla paucioribus constitut quam tribus, ut scilicet esset numerus, impar quoties inter collegas dis-* iensus

sensus oriretur. Habantur quædam Syñedria in idoneis pagorum locis, quædam etiam urbibus ubi digne viginti trium viralis confessus Senatus non videbatur habere locum. Tres itaque necessario requirebantur judices, laudatior autem honestiorque tunc habebatur actus, ubi plures peritorum adfuerunt hominum, qui testes inspectoresque ventilandarum rerum essent. Et cum rerum copia id sic exigebat; alicui horum injungebatur, quo res eocitius plana fieret, suam proferre sententiam; ita tam ne quidquam horum judicio terminaretur. Ut enim viginti trium virorum jurisdictioni tradita fuit potestas versari circa capitalia criminaliaque omnia, suppliciorum judicia, civilia seu pecuniaria, exceptis singularibus, quæ ad jurisdictionem Presbyterii magni pertinebant; Ita trium virorum jurisdictioni suberant causæ leviculæ utpote 1. Causæ civiles quotquot capitales non erant. 2. Populo imponebant vestigalia quæ in regni vergerent commodum. 3. Furta examinabant, transgressoresque debitibus transgressionis poenis coercebant, 4. De rapinis judicia ferebant, 5. De cuiusque generis illatis damnis tulerunt sententiam, & quibusunque levis momenti rebus dirimendis erant intenti. Quare autem tres semper ordinarii adessent, sequens ostendit ratio: si enim duorum alter, quemquam pronunciabat reum alter innocentem, requirebatur tertius, qui unius sententiam augeret, lancemque deprimere ut accurate notat in Lex: suo Talmud: Buxtorf: sedebant antem in conventu hoc publico, uti in Presbyterio Magno,

incipientes à precibus matutinis, & ordinarie ad finē
horæ sextæ quæ nostro meridie respondebat, seu horæ
duodecimæ, quod tempus olim prandii sapientibus e-
rat. Aliquando pro rerum gravitate diutius justo se-
debant, aliquando breviori spatio publica curabant
negotia. Verbi gratia in causis pecuniariis, eo ipso die
quo reum quemquam asleverarunt, etiam absolvebāt
alios, in capitalibus autem non ita: absolutoriam qui-
dem promulgabant sententiam, postridie vero, in lu-
cem condemnatoria emissā. Nemo namq; ritè, primo
actæ causæ die, capitîs in judicio condemnari poterat;
Plura hac de re memorat Seldenus, & reliqui an-
tiquitatum scriptores; qui consuli possunt, quorum
enumerare omnium judicia, nec angustia patitur
temporis, nec nostri est instituti cum nec e re esse
videatur, cum non opus exactum meditemur;

Sed Tysocinium tantum in literaria veritatione
deponamus. Quæ desiderantur ab ex-
ingenii qvisitis prævia industria ha-
beri possunt.

*Sic me Castalides fecerunt carpere recto
Portum quæsum trahite, quo studui.
Hymnos cur referam gratos tibi dulcis Jesu,
Mentem quod facilis rexeris atque manum.
O Pater æternum tibi sit & gloria Nato!
Spiritui semper gloria sitque sacro!*



ΣΟΙ ἐπίκλησις ἔγεντο λίγην ἑδανὴ Προκοποῖς,
Ἐκ προκοπῆς κατέχεις τὴν Σχέπωνυμίαν.
Ἄυτη ἐπιφράστεως ἐπεμβαίστο Σε σκοπίαζειν,
Πῶς ποιῆς προκοπὸς χράμμασιν ἐν ἐξασ.
Ἄς δηλοῖς ἀναΦανδὸν νῦν τάντη Διαχέξει,
Ἀντικρίσει τε σεΦῇ ὡς καθεδρᾶς Φανερᾶς.
Τάχας ἐσωνύμος ἐιδαλίμος ἔννοια ἄληκτος,
Σὲ προτέρωσι μέλη ταῖς διδαχαῖς προσέχειν
Ốτις ἕης οἶος ωδῶμυθεῖσαι λυγρὸν σκον,
Ως τε τὸν σῆθος γῆθεα πολλὰ λάβῃ.
Οὐτω συμβῆναι κραδίᾳ πάντα εὐχετεις ἀγνῆ,
Καὶν δυνάμεις χραΦικῇ ἀγριομόρφῃ ἄδην.

ERICUS CASTELIUS Ab

ΟΤΑΝ διὰ τῆς σὺ ἐπισολῆς ἐμήνυσάς, Σε μέτοι
μικρὸν Διαλέξεαμ περὶ θέματος Φιλο-
λογικῆ, ἢ τίτλον πεώτη τάντης τῆς συζη-
τήσεως σελίς ἐμΦανῶς γνωρεῖς, ωδῶμυθία χα-
ρὰ μεγάλη τὴν με καρδίαν κατέλαβε, ὅτι ἐπε-
χείρησας τειτον τὸ ἔργον, ὡς τὰς σὺς ὀπικντα-
Φαιδρύνεις, ὃ ὁ Θεὸς ἐξ ὑψίστης ἐυλογείτω. Εἰς ἡ-
τῷ παρόντι τοσῦτον τὸ κάρμα ἐν τοῖς τῶν σῶν ση-
θεσιν ἐΦυ; ὄντως διπλάσιον ἀνδρόςει, ἐις ἀνδρεικῶ-
Σεαυτὸν ἐν τάντη τῇ ἀσχολίᾳ εχεις. Τάχτο ὅπωι
γείνηται, ἐυλογίαν καρδιόθεν ωδῶμαλῶ. Τάυ-
την ἐξ ὅραντος καὶ ἐτέρεσι τοῖς σὺ ἐπιτηδεύμασ-
δαψιλῶς ὁ παντοδυνάτης δότω.

Ως κασιγνήτῳ ἀυτῷ Φιλτάτῳ